Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

poram me uob odio habuit. Si de mundo fuissetis; mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mundo non estis sed ego elegi uos de mundo; propterea odit uos mundus. Memmote sermonis mei quem ego dixi uobis: non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt; et uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et uestrum seruabunt. Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui me misit. Si non uenissem et locutus fuissem eis; peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit et patrem meum odit. Si opera non fecisse in eis quae nemo alius fecit; peccatum non haberent. Nunc autem uiderunt: et oderunt me et patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. Offer.

Glia et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine.

Accepta sit tibi. Secr.

Adne nre deuotionis oblatio. et ad aplicam puricatis nos faciat uenire festiuitate. Com. Magna est glia eius in salutari tuo gliam et magnum decorem impones super eum domine.

Dra nb cine. Post com.

Felicitatis largitor bni n. apli tui nos ubique precedi oramus: cuius natalicia uotiuo pbre sca q suspsimus pcuramus obsequio. P. In festo

Unius apostoli.

Ibi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps.

Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam. Oro.